



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Tu domine seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Ad hunc sensum nostra translatio potest duci; prateritis aliorū glossis. Ita,
probaam terræ, id est, fidèle, gratum, placitum inuentum hominibus in terra,
qui exprimēto, fidelitatem, uirtutem, puritatem eius cognoscentes, confidūt
in eis, & amissā ceda illa omnium rerum fiducia, quam illi docet impīj, solius
uin calix, sicut et tam in graco, & hebreo.

Purgatum septuplum. Hic de leptonario donorum spiritus profundius tra-
fiant, & meatenuitas, ac negotium literæ ferat. Ego septuplū simpliciter pro ^{Septuplum.}
perfēctissime accipio. Septem enim numerus uniuersitatis est. Et nefcio, an ea
hic argenti purgationē tangat, qua non in uase liquatorio, sed in cinere ossili, ^{Purgatio ar-}
appolito plumbo purgatur ad plenū & purissimum. Et q̄ mirabiliter ludit sa- ^{genti purissi-}
pientia dei in orbe terrarum, ut plumbū argenti purgatio sit? Nempe, q̄ hypo-
citatrum eloquia, cum sicut plumbum argenti, ita & ipsa diuinorum eloquio/
rum similia sint, tamē in igne persecutionis, sic exercent, & exercentur simul,
ut sicut plumbum euaneat, & argentū fiat insipientia eorum (ut Apostolus ad Timoth. ait)
uera sapientia, & nihil fiat insipientia eorum. Quare non sicut ablonum priorem
purgationē liquatorij, & suam ignominiam. posteriorem plumbi, hereticis
& falsis fratribus dari, qui nobiscum, ut plumbum cum argento in eodem ci-
nere & uase, ita in eadem Ecclesia, & mortuorum patrum, martyrumq; uecti/
gij exercentur. Tyrāni aut̄ foris, sicut folles liquatoriorum, exercent.

Ira uidemus, q̄ propheta operibus detrahatur & omnia fidei tribuat, dum elo-
quia dei munda asserit, simul argutissime reprehendens eos, qui operibus mū Fides purgat
dari uolunt. Quid enim prodest multa operari, si non munderis? At nūc est & p̄ p̄. nō
munditia, nisi in eloquio dei, & eloquio dei nemo mundatur, nisi credens, ne opera.
mo autem credit, nisi patiatur magis, q̄ operetur. Quibus efficitur, q̄ uita pu-
rissima & sine peccato, nō stet in operibus, sed in fide uerbi & passionibus.

Sed cur argentum magis q̄ aurum eloquio dei comparatur? Aurum proprie-
charitati in scripturis comparatur, cuius natura in igne alia est, q̄ argenti, de-
quo dicemus infra.

Tu domine seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in
eternum.

Poterat melius per optatuum dicere: Serues, custodias, cum reuera sit ora-
tio prophetæ aduersus generationem iusticiariorum. Et quanq; non differant
adeo, seruare & custodire, tamen hebraus, seruabis in posteriore, & custodies
in priore parte ponit, sicut & Hieronymus facit. Petit enim, seruari a genera-
tione, prohibendi modo sic, ut nos prohibeamur ne coſentiamus eis, & custo-
diri eloquia sui protegendi modo, ne illi ea polluant. Pro seruabis nos, seruas
ea, in hebreo est, & ad eloquia dei pertinet, ut Hiero. transfert. Sed potest
forte, ad sanctos etiā referri, cū sit generis masculini, seruabis eos. Nec hoc reie-
cerim, si quis seruabis eos, de impijs accipiat, ut deus eos seruet, & prohibeat,
ne deinceps uana loquant, & perdant sanctos a filiis hominum.

Videmus autem non nostra uirtutis esse, ut eloquia domini caſta maneant,
& sancti non deficiant a terra, sed diuinæ. Tu domine, non nos homines ser-
uabimus. Sicut docuit Christus, Messis multa, operari autem pauci, rogate do-

Aa dominum

Panem nostrum minima iussit orare, dum panem nostrum quotidianum, id est, eloqua de messis, ut mittat operarios in messem suam. Idem nos in oratione quotidiana.

Nos uero posita oratione, fidentes literis, ingenio & studio, sumus qui uana loquimur & generatio impia a qua cuit petere. Nos donec ipsi facti sumus qui uana loquimur, & si ad tempore agimus, donec ipsi facti sumus qui uana loquimur & generatio ista nostra pro hic custodiri petit propheta. Vnde colligitur, psalmum istum, & si ad tempore Christi propriissime sicut omnia referatur, tamen, quia generatio ista nostra terribilis, donec omnia siant, etiam ad nostra & omnium secula pertinet. Nostro sane seculo Turca, Iudaei, Cerimonista hanc generationem sicut a genti, & fere omnem fidem & uniuersum uerbum fidei supplantauerunt contra quos non est quod agamus, nisi, ut oremus dominum messis, ut exigit positutus salutem, & locuturus ad eos.

In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Verbum multiplicasti, in hebreo non est. Hieronymus sic: In circuitu impij ambulant, cum exaltati fuerint uilissimi filiorum hominum. Ego hunc uerbum arbitror nondum esse de tenebris ab ullo erutum, sicut nec illud quod superius dictum est, probatum terra. Triusque huius loci ignorantia confiteor, & omnibus alijs tribuere eandem nihil uereor, qui hucusque scripsierunt.

Pro altera parte, noster dixit, secundum altitudinem, sed pronomen, Tu, superfluit, & Hiero, ait: cum exaltati fuerint. Omnino ergo altitudinis uocabulum hic esse oportet. Mihī uidetur esse uerbi primitiū actuum Rom, id est, exaltauit, seu eleuavit, inde me iudice uertitur sic: Sicut exaltauit uilissimos filii hominum. Nam ubi nos multiplicasti habemus, heb, זְלִוָּתְהַלֵּם, Zylloth, feminino genere dicitur, quod significat, uiles, abiectos, leues homines, quales sunt epulones & ganeones, nam hebreis & in qui coniuncti & luxu uacant, זְלִוָּתְהַלֵּם, Zollelim discunt masculino genere, ut sit sensus: Generatio ista circumdedidit impios magistros & ambulant simul, sicut ipsa eleuavit & uoluit eos qui uilissimi sunt etiam filii hominum, seu inter filios hominum, hoc est, impios discipulos congregat, & uilissimos magistros exaltat, quales discipulos, tales magistros, ut ceci circos ducant, & ambo in foueam cadant. Quis uerius sententia, si ullo tempore impleta est, nonne hodie impletissima est? Quis enim hodie Ecclesiasticis gubernaculis, praescit, nisi sex mundi? Scilicet qui bus mundus uel uti, uel frui non potest. Atque id merebatur impius ingratitudine nostra.

Magistri impij uentre curant.

Nostra translatio.

Iterum hic uidemus impijs magistris tributum, uentris curam, sicut psal. v. Se pulchrum patens guttur eorum, dixit. Et Apostolus: Ventrem deum eorum signauit, dum Zylloth, id est, Epulones odiosissimo nomine eos appellat, qui non nisi uitium querant. Nec frustra uidetur unum lamed deficere, in uocabulo Zylloth, & litera uaf, in uerbo קְרַב Crym, quasi utrinque speciem esse, re ipsa deficiente, cum reuersa non sint exaltati, & ipsi longe aliud est epulones haberi uelint, sed haec cabalistis, seu potius curiosis & otiosis.

Nostra translatio potest huic sententiae sic aptari: In circu uito impij ambulant, id est, multi undique circumdantes & circundati, tam discipuli, & magistri impij, ambulant & persequerant in vijs suis, quia tu multiplicasti filios hominum secundum